



DOMI NUS ILLU
MINA TIO MEA
Taylor Institution.



GRAMMATICA LAPPONICA,

LINGUÆ

EUROPEARUM

PROPE ANTIQUISSIMÆ
SOLIDAM PLANAMQUE VIAM
GENIUM

LINGUÆ LAPPONICÆ

ADDISCERE DESIDERANTI
MONSTRANS,
OPERA AC STUDIO

HENRICI GANANDRI Abœnsis,
Comminist: Lapmarch: Tornœnsis,
Jam design. Pastoris in Siundo.
Elaborata.

Quæ sit occasio, ac reliqua ratio operis, docebit præfatio.


✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠

HOLMIÆ,
Consensu & cura Directorum.
Typis LAURENT. SALVII.
Anno MDCCXLIII.

Imprimatur.

Gustaf Benzelstierna.

Stockholm d. 31. Aug. 1743.



S:æ R:æ M:tis

Summæ Fidei Viris Illustrissimis & Excellentissimis.

D:NO COMITI CAROLO GYLLENBORG,

Regni Sueciæ SENATORI, Regiæ Cancellariæ PRÆSIDI, Academiæque Upsaliensis CANCELLARIO.

D:NO L: BARONI OLAVO CEDERSTROM,

Regni Sueciæ SENATORI & Academiæ Aboënsis CANCELLARIO.

D:NO COMITI JOHANNI GYLLENBORG,

Regni Sueciæ SENARORI & Academiæ Lundensis CANCELLARIO.

Nec non S:æ R:æ M:tis summæ & Magnæ Fidei Viris

D:NO PETRO SILFVERSCHIÖLD,

Regni Sueciæ Justitiæ CANCELLARIO Perillustri,

D:NO BARONI GABRIELI GYLLENGRIIP,

Gubernatori Bothniæ Occidental: et Lapmarchium Perillustri.

D:NO DOCT. NICOLAO STERNEL,

Diœceseos Hernœ Sandensis Superintendenti Reverendissimo, Consistorii PRÆSIDI Laudatissimo,

D:NO OLAVO MALMER,

Vices Gubernatoris Apud Dalæ Carlos tenenti, Nec Non Legifero Bothniæ Occidentalis, Nobilissimo Consultissimoque.

UT

UT ET

Viris Consultissimis Maximeque Reverendis

D:NO PETRO AULÆVIL

Civitatis Holmensis Justitiæ Consuli Æquissimo Consultissimoque.

D:NO DOCT. OLAVO KIÖRNING,

Hactenus Ecclesiæ Gallicæ Holmensis, nunc autem quæ ad Div: Jacobum, & Johan: Ibidem Deo Colligitur Pastori Summe Reverendo.

D:NO MAG. ABRAHAMO FOUGT,

Ecclesiarum Tornoæ inferioris Pastori vigilantissimo, & juxta Tornoæ superioris adjacentiumque Lapmarchiarum Præposito Accuratissimo.

Directoribus Regiis, operis Ecclesiastici Lapmarchiarum gravissimis, Inspectoribusque Accuratissimis.

Dominis Meis Gratiosissimis.

Lætam & diuturnam lucis huius usuram, Gloriæque nunquam interituræ splendidam!

Viri. Illustrissimi. Generosi. Nobilissimi.

Summeque. Reverendi.

Ne.

Pereunte. Sorte.

Simul.

Usura. Intereat.

Pietatis. Et. Moris. Antiqui. Lege.

Cautum.

Muneribus. Et. Honoribus. Decorati.

In. Clientelam. Et. Fidem. Recepti.

Commendationibus. Alicujus. Grati.

Benefactorum. Et. Fautorum.

Mementote.

Vi. Legis. Hujus.

Virorum. Summi.

Quilibet. Vos. Censebit. Dignissimos.

Ut.

Statuis. Argenteis. Vel. Æreis.

No-

Nomina. Inciderentur. Vestra.
Ego.
Auream. Ubique. Non. Morarer. Ponere.
Quo.
Collatorum. In. Me. Beneficiorum.
Memoria.
Testatior. Esset.
Ast.
Fortuna. Id. Prohibuit.
Monumentum. Itaque. Hoc.
Chartaceum.
Venia. Vestra.
Vestrisque. Auspiciis.
Utinam. Auspicato!
Publicatum.
Oculis. Intuemini. Placidis.
Mæcenates. Summi.
Testem.
Vos.
Ecclesiæ. Politiæ.
Literarum. Literatorum.

X 4 Patro-

Patronos. Et. Promotores. Summos.
Dignissimos.
Quorum. Laudes. Et. Nomina.
Immortalia. Maneant.
Posteaquam.
Cœlestes. Animas. Cœlo. Reddidistis.
Vovet. Et. Vivit.
Magnorum. Nominum. Vestrorum.

Cliens & Cultor. Devotissimus.
HEN. GANANDER.



Pœna



L: B: S:

POena turris Babylonicæ ædificatoribus inflicta, ratione causæ & effectus horribilis magnaque fuit, & adinstar cataclysmi totum terrarum orbem oppressit, nullique genti pepercit. Hinc pro unica Hebræa, linguæ plurimæ, & gentis ejusdem, dialectus diversissimæ. *Europa*, inquit B. Ericus Schroderus in præfatione lexici latino Scondici, *orbis minima pars antiqui, si cum ceteris conferatur. Nunc VII. in universum linguis loquitur plane diversis, Runica scilicet, venedica, Slavonica, Græca, Latina, Islandica & Lapponica, unde omnes reliquæ, si quæ sunt, sunt autem plurimæ, ortum trahunt. Septem sunt dialecti quæ consentiunt in Runis, Suecica scilicet seu Gothica, Taurica, Germanica, Batavica, Britannica, Danica et Norvegica: In Runica*

quippe tamquam communi conveniunt, quia hinc ortæ sunt. Idem de linguis Fennica seu Venedica, & Æsthonica affirmare ausim, has in Lapponica, tamquam communi convenire & huic sicut hæc Hebreæ, origines suas debere. Nam non modo accidentibus Grammaticalibus, sed etiam vocibus perplurimis, vel integris, vel literis saltem mutatis concordant,

Exempli Gratia.

Hebraice	Lapponice.	Fennice.
צנף Circumligavit	Zianam ligo	Sidon
צינק Nervus	Suodnac funis ex nervis,	Suonicko.
צלם Imago	Sjalbme oculus.	Silmå.
ילך Ambulavit	Juolke pes.	Jalca.
יד Manus.	Kiedta, manus	Kåsi.
ירח Manavit, cievit.	Jodam proficiscor	Judan.
סלל Stravit, complanavit	humi Sallio. locus (conculcando complanatus	Silio.
באש Foetuit, male oluit	Puoskuom pedo	[Pasca, stercus.
גרה Comedit, devoravit	Poram, comedo.	(Puren mordeo.
המה Tumultuatus est.	Humam tumultuor,	(Huumisen.

Quid multis, ipsum etiam vocabulum Deus, Lapponis Boreal: Immel, Ibmiel, Austral:

Austral: Jummel, Jubmel, Fennice Jumala; ex Hebræo עם cum & אל Deus compositum videtur. Plurima hujusmodi exempla meus de Harmonia linguæ Lapponicæ & Hebreæ libellus, suppeditabit. Ut aliis, otio & ingenio abundantibus, occasio, rem propius inspiciendi detur, Addam, mihi ipsum vocabulum *Suomi*, *Suomenmaa*, *Suomalainen*, Fennia, Fenlandia, Fenno, a voce Lapponica, Saame, Saameladz, Saameddnam, Lappo, Lapmarchia, pullulare videtur. Adjiciam & illud, Norvegos ex adverso habitantes, vocem Lappo non agnoscere, sed quos alii Lappones, illi Finnar, contra aliorum Finnar, Qwäner salutare solent. Cur nunc pro Finnar Lappones, qui plurimis in Finlandia locis, ut Lapstrand, Lapfiord, Lapposocken, nomen dedere, nuncupentur, aptior dicendi locus quærendus est. Quod linguæ huic tenebris sepultæ, elegantissimæ, pronunciationisque difficillimæ, operam dederim meam, cura animarum, mihi commissa, cœgit. Quæ utinam omnibus curæ cordique esset! non laboraremus. Qum mea qualiscunque peritia hujus liuguæ, innotuerit, S:æ: R:æ: M:tis Magnæ Fidei viro, Bothniæ occiden-

cidentalis & Lapmarchiarum Gubernatori Perillustri Baroni Domino GABRIELI GYLLENGRIP, Cœpit Vir, de luce Evangelii, inter Lappones dilatanda, maxime sollicitus, hortari, scriptum aliquod imprimis Grammaticam conscriberem, quod si fecissem, magno mihi emolumento, & gentis utilitati futurum affirmat. Ego ne plane ingratus, in tantum Benefactorem meum, essem, in hoc quantum virium mearum esse credidi, morem gerendum putavi. Schedulas itaque meas in unum volumen congero, easque semel iterumque percurro, quæ mihi maxime necessaria videntur excerpo, & librum quem lector B: heic videt, conscribo, adque Perillustrem Gubernatorem mitto, qui ad Præpos: Bygdoensem Mag: Joh: Teliin linguarum orientalium callentissimum, & Lapponicæ satis peritum, ut sententiam suam de hoc scripto diceret, transmittitur. Quod autem viri hujus etiam in Cineribus venerandi, de hoc scripto fuerit judicium, ex epistola ejus ad amicum suum singularem, (qui & mihi svasor fuit, ut hanc linguam discere properarem:) D. Præp: Tornœnsem Mag. Abrahamum Fougt, die XVII Junii MDCCXLII data, claret:

Be-

Bemälte Herr Lagman Malmer, hade med sig Ganandri Lapska Grammatique, som han fått om händer af Högwälborne Herr Landz-Höfdingen, at med mig Communicera til genomläsning, thet jag ock i hastighet giorde til Syntaxin, mera hinte jag intet för hans afresa, emedan jag gaf honom thet förslaget, at han kunde lämna henne åt Mag: Holmbom, såsom Inspector öfwer Lapmarckerna, och har sig nu någorlunda bekant åthskilnaden i Lapska Dialecterna. Imedlertid, ehuruwäl Ganandri dialect elljes nog differerar ifrån den i Lyckséle och Pitheå gängse, fan jag doch särdeles nöije uti Hans Grammatique, så at jag begynte med alfwar recommendera, både Auctoris flit och grund i thet språket, efter des Dialect, som jämwähl har sin goda nytta, uti hwad dialect det ock är, Menande jag, at Kongl. Directionen wid thetta wärcket skulle åtaga sig omköstnaden på detta arbetets aftryckande. Gud wet, at jag finner hos mig en besynnerlig lust och kärlek, at kunna på något sätt thetta wärcket befordra &c. Ob causas in epistola recensitas motus, ad comitia, quibus durantibus et diem beate obiit, venit.

Tale

Tale quoque teſtimonium, non modo per literas ſe dediſſe narrat, verum etiam cum in aliorum, tum Illuſtriſſimorum Directorum præſentia, me audiente non ſemel exhibuit, vir minime ſilendus Pl: Rev: Mag: Petrus Holmbom. Hujus ſvaſu nonnulla mutavi, quæ minus neceſſaria videbantur, omiſi, & opus quantum fieri potuit, accuratum perficere ſtudui. Oſtendet forte aliquis, me aliquando neligentiorem in orthographia videri, dum in vocibus quæ, uo, ie, ou, &c: admittunt, mox ambas aſſumo vocales, iterumque alterutram excludo; ut: åiwie vel åiwe caput, kijttiem vel kijttem, gratiarum actio, puoerre puorre & puårre bonus, ſic etiam cum conſonantibus facio; verum non incuria, ſed ſtudio fit, ut Lapporum & ſcriptorum concordantia appareat. Id auſim affirmare neminem, qui libro hoc ſine præconceptis opinionibus uti dignatur, ſeduci; qui Fennicam tenet linguam & judicium adhibet, brevi Lapponice linguæ fundamenta, ſoliſſime capere; qui Fennicam Grammaticam, paulo curatiorem hactenus editis, luci publicæ dare deſiderat, inveniet hic nonnulla ſuis uſibus ſervitura; qui convenien-

tiam

tiam linguæ Hebreæ cum Lapponica cognoſcere avet, hic eam videbit: qui libros Lapponicos publici juris factos, recte an ſecus translati, probare cupit, ad normam hujus examinet. Non pro perfecto vendito, interim in hac lingua perfectiorem non habemus. Si primus vel ſecundus Grammaticus totius linguæ latinæ elegantias exhauſiſſet, fruſtra Bibliopolarum tabernas, ejus linguæ Grammaticis videremus refertas. Omnes libri hujus regulas & notas memoriter recitare, eſt ſe ipſum labore enecare. Paradigmata probe memoriæ mandaſſe, reliqua ſolummodo inſpexiſſe, ſufficit. Exempla ideo cumulata ſunt, ut lector vim regulæ plenius capiat, & copiam vocum ſimul habeat. Equidem non omnibus placere, quod nulli conceſſum, ſed omnibus prodeſſe, ſtudui. Si liber hic multis precibus, multisque vigiliis, Divina ope compoſitus, Lectoris erudito palato arriſerit, forte alia quoque opera, linguarum ſtudioſorum uſui proficua, meisque lucubrationibus quo tædium ſolitudinis fallerem, elaborata, ſi Deus vitam & valetudinem conceſſerit! ſequentur. Vale!

Holmiæ die XIIX. Octob. A:o MDCCXLIII.

Auct.

Auctori Prospera quævis!

Quantas molestias, miseris, γλωττοσύγχυσις illa Babylonita, devorandas creaverit, quibusvis etiam nolentibus, ubiq; constat; Ast propter Christum Mediatorem nostrum unicum omniumq;, etiam hæc pœni petulantia, in Paternam transmutata est castigationem; videmus jam hilares, linguas illas varias, pro sapientia & bonitate summi Numinis conservatas, indiesq; erutas ac excultas, plurimis, præcipuas, utut uni non singulas, tradi ac ædificio domus Dei inservire; Adeo ut verbum illius etiam in versionibus, quamvis non quoad idioma, bene tamen quoad sensum illum genuinum, qui animas efficaciter illuminat, reficit ac salvat, quotidie legere meditariq; liceat; Plana igitur plenaque solatii hinc sententia fluit: Usum Linguarum, præter Hebræa & Græca, etiam in studio Theologico, esse eximium; Eosque qui linguas, Gentis etiam obscuræ, addiscere cordi curæque habent, eo ut majori cum fructu, Ei notitiam ordinemque salutis inculcare queant, sciant se certo Deo servire, Eumque sibi Mercedem esse valde magnam, nulli dubitent; Gratulor itaque Tibi, Fautor & Frater mihi, bonisque omnibus æstumatissime, Te Deo duce! labores, concinnanda Grammatica Lapponica, animo sat prompto et alacri adiisse, eos summa sedulaque solertia superasse, tandemque prospere exantlasse, eris igitur HENRICUS GANANDER, *hic ceu Arbor in* Horto *Domini frugifera, Deo piisque omnibus charus, tandemque corona Gloria* honorandus! *Faxit Pater luminum; ut Ministri Ecclesiarum in Lapmarchia, præeunte hac Grammatica, lingua Laponica naturam adytaque exhauriant, ut opera sui Ministerii, eo facilius feliciusque expedire queant; tunc linguæ huic Eos cum Auctore nostro, operam suam navasse, haud pœnitebit!!!*

Ita

Virum Venerabilem bene pieque Doctum, Dn. Henr. Ganandrum *quum Grammatiam hanc suam Lapponicam publica daret luci, Gratissimus & Gratulabundus alloqui voluit ac debuit.*

CAROLUS ZIDBECK. Joh. Fil.

Holmiæ die XIV. Octob. MDCCXLIII. Tav. Finl.

A καὶ ω̃

GRAMMATICA LAPPONICA.

Partes Grammatices sunt quatuor.

1. Orthographia. 2. Prosodia. 3. Etymologia. 4. Syntaxis.

DE ORTHOGRAPHIA.

§. 2. ORTHOGRAPHIA versatur circa literas quæ totidem qvot Suecis sunt.

A. B. C. D. E. F. G. H. J. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. U. W. X. Y. Z. Å. Ä. Ö. ij.

§. 3. Literæ dividuntur in vocales & Consonantes.

§. 4. Consonantes sunt octodecim sequentes.

B. C. D. F. G. H. K. L. M. N. P. Q. R. S. T. W. X. Z. Hisce etiam J consonum adnumerari debet.

Nota 1. Consonantes distinguantur ratione Qualitatis sive organorum. Et sic sunt vel Gutturales, AHAHA, LNDT, linguales. *Palatinæ* JGCK, *vel dentales,* SZR. *vel Labiales* BFMPW.

2. Literæ unius organi facile, Labiales autem frequentissime, interdum etiam Linguales & Dentales

 in-

inter se permutantur, *ut*: Nådzidet & Ladzidedt *instar ungularum concrepare*, Sachza & zachza, *autumnus*, rawam & rabam *aperio*, Wierbme & Fierbmie *rete*. Såzier & Sådziel *acutum*, Herketi & Helketi *perturbabatur*, Modnai & Monnai. *egoque*, Todnai & Tonnai *tuque*, Sednai & Sonnai *illeque*.

3. *Sunt quidem* B, P, C, G, K. D. & T, *æquisonantes*, *sed cavendum ne nobis indulgeamus magis*, *quam lingua pati potest*; *ut* kiedta, *manus*, *genet*. Kieda, poradam *commessor*, porahtam *cibo*, jugadam *multum & sæpe bibo*, jugahtam *bibere facio*, Cotzam *vigilo*, codzam *mingo*, Cadzam *sorbeo*. Catzam *Labor* Jag faller, Cazjaam *interrogo*.

4. H *hic vere est litera*, *non tamen ubique plenis buccis & aperto ore proferenda*, *præsertim ante vel post* D. *Litera Characteristica Hiphil existens*, *nec plane quiescit*: *nec multum auditur*. *ut* wiegahtam *currere facio*, *sector*. *Interdum cum* F & P *commutatur*: *ut*: huådnuo & fuådnuå *malus*. Hååckadaga & fackaodaga *repente*, cohti, coffti & copti, *quomodo*, Cahti, caffti, capti, *tunica*.

5. *Voces quæ* CGN *vel* GKN, *invicem sequentes habent*, *adminiculo gutturis & narium proferendæ*. *ut*: Sacgna *tempestas*, Sagkniedam *prurio*. *Hujusmodi voces difficillimæ pronunciationis sunt*.

6. *C tanquam alternans pro* K *ante*. a, o, u. & f *More Fennorum adhiberi potest*.

§. 5 Vocales adoptamus easdem quas Sueci, quamvis, y rarius occurrat.

§. 6.

§. 6. Diphthongi Lapponum sequentes sunt: ai, åi, au, åu, ei, eu, iu, io, oi, ou, ui, uo, åi, *ut*: aiwan perquam bonum, åidnam, video, auda virtus, åudel, ante, eipiel stupidus, heubnie aranea, tierra sordidus, tiedam scio, tiuttam sino, niommel, lepus, oittastam intelligo. Pouttam excito, luickalam deglutio. Wuordtam expecto, åijam erro.

Nota 1. *Diphthongi, Suecorum*, å, å, ö *ut pars utraque compositionis audiatur, enunciari solent, ut*: pådam, *venio*, pågam, *serpo*, puoerrie *bonus*. *Hinc Lund scripsisse videtur*: Poadam *venio*. *Solent* å, *&* å *stante fulcro punctum abijcere vel aliquando ut vix percipiatur absorbere, ut* ålmudz, almadz *homo*, påicka, paicka *stercus*, påsam, pasam *lavo*. *Nisi quis dixerit id, propter literarum* a *&* o *alalternationem fieri. Hoc stante, forte o unicum quemadmodum in linguis Latina & Fennica, sufficeret*.

2. Ie, oe, uo, *celerrimæ sunt pronunciationis, & quoniam uno spiritu efferuntur; hinc in plurium vocalium, concursu, pars præsertim posterior vix percipi potest. Et hanc credo causam, cur vocem eandem, non modo eodem, Auctores scripsere; quod exempla, ex infinitis paucissima probabunt*.

Tornæus.	Gran.	Auct. Anonym.	Lund.	Fielström.	
Wuostes.	Wuestes	Wuosts.	Wuostes.	Hwestes.	Primus
Puorre.	Puere, puore.	Buere.	Puorre.	Buöre.	Bonus.
Wuoigna.	Wueingen.	Wueingen.	wuoinga.	hweigenes	Spirit.
Wuosta.	Wuest.	Wuest.	Wuostai.	hwest.	Contra.

 §. 7.

§. 7. ORTHOPHONIAM obſcurat diverſus ille orthographiæ modus apud translatores occurrens.

Translatores quorum ſcripta, in manus pervenere meas, commode in tres claſſes dividi poſſunt.

Primæ claſſis eſt Beat. Mag. Joh. Tornæus Paſt. & Præpoſitus Tornoënſis, qui ut linguam communem erueret, omnibusque prodeſſet, ſcribit ſe præſtantiſſimos ex Lapmarchiis interpretes collegiſſe, quorum opera adjutus, tandem Holmiæ 1648. Manuale ſuum, librum omnium qui Lapponice extant, conſummatiſſimum edidit.

Viro huic, non quidem ætate ſed ſtili conformitate proximus eſt, Adm. Reverend. Dominus Præpoſitus Martinus Lund, Miſſionarius quondam Danicus Eccleſiarum, Altenſis & Hammarfeſtenſis in Fin-ſeu Lapmarchiis, poſtea Paſtor Altenſium; hodie vero Paſtor Eccleſiæ oefre Hallenſis & Præpoſitus diſtrictus Nomedalenſis, vigilantiſſimus. Hic Catechiſmum Danicum non male in linguam Lapponicam tranſtulit, Hafniæ 1728. excuſum.

Ad claſſem pertinet ſecundam. B. olavus Stephani Gran, Paſtor quondam Lyckſelenſis in operibus 1668. & 1669. publicatis. Auctorque Anonymus, qui 1726 librum elementarem & Catechiſmum Lutheri, Lapponi-

ni-

nice publicum fecit. Ut primæ, ita & secundæ classis Auctores inter se consentiunt.

Tertium locum sibi vendicat: vir eruditione & scriptis in linguam Lapponicam versis, Holmiæque 1738. in lucem datis, Clarissimus, Plur. Rev. D. Petrus Fielström, tunc Padægogus, nunc vero Pastor Lychselensium laudatissimus.

Non modo in vocalium assumtione, quemadmodum ex supra allatis exemplis patet, sed etiam literæ *Z* expressione, ut exempla declarabunt sequentia, Auctores laudati inter se discordant.

Tornæus.	Gran.	Auct. Anonym.	Lund.	Fielström	
Atze.	Aggie ackie.	Ackie.	Atze.	Attje.	Pater
Jietz.	Jegg/jeges.	Jegie.	Jedz.	Etz/egie.	Ipse.
Didzod.	Aggud.	Äggiod.	Ditzot.	Abtiot.	accipere.
Zjatzie.	Kiatzje.	Siatze.	Zjatze.	Tjatz	Aqua.
Kotzot.	Kuggud.	Säckiot.	Kotzot.	Kottiot.	Vocare.
Zjalme.	Sialme.	Sialmie.	Zjalme.	Tjalme.	Oculus.

§. 8. Ex allatis exemplis facile patet, quam diversus scribendi modus, proinde quam difficile sit lectori, præsertim linguæ minus perito, genuinum inde haurire sonum. Ego tantum mihi non tribuo ut hanc difficultatem penitus tollere possim. Potius patior quemlibet suo sensu abundare. Id tamen dicere debeo, quod meo quidem captui admodum conveniat mo-

modus scribendi a B:Tornæo & Domino Lund observatus. Ne autem hæc scribendi ratio linguæ Suecanæ adsvetis difficultatem pariat, sequentia monere necessum duxi.

Not. 1. Zja, zje, zjo, zju, *& ejusmodi syllabæ exprimuntur ab aliis per* thja, thje, thjo, thju, *vel sine aspiratione*, tja, tje, tju; *ut* Zjalam, *scribo*. Zjerruom *fleo*, Zjorwuom *clamo*, Zjuttam *resarcio; ab aliis* tjalam, tjerruom, tjuoette.

2. *Ubicunque autem* Z *absque I consono vocalem immediate præcedit, effertur simpliciter ut*. ds *vel* ts, ut Wadzam *eo*, *vel* Wadsam, maazam, *vel* maatsam, *redeo*, *revertor*. *Quocirca tamen observandum* (α) *Quod licet* Z *valeat* ds *vel* ts, *tamen ad differentiam exprimendam vocum, quæ* D, *vel* T *postulant*, D *&* T *Scribendum putavi*. (β) *Plurimas voces Lapponicas recte scribi & per nudum* Z *& per* Zj *ut*: ådzuodt *&* ådzjuodt *accipere*. *Pro dialectuum enim diversitate nunc asperius nunc lenius pronunciantur. Sic in fine vocum, quæ sibilo terminantur* Z *adhibeo, quia sibilus ejusmodi, nulla syllaba exprimi potest. Terminatio* Sie, *ad sibilum finalem exprimendum, aliis usitata, sine viva voce non intelligitur. Si* Z, *in fine pronuncies, non male, si* Sie, *uti scribitur legis, male legis, ut*: Almaz, almagie, *homo*, parnaſuaie, pardnechuoz.

3. *Mihi* Zia, zie, *& ad asperiorem sonum exprimendum, præter alias rationes propterea placent, quoniam deprehendi in lingua Suecana parum attendi ad dif-*

differentiam inter I consonum & i vocale, ita ut perinde sit, utrum scribatur Kjår, *sive* kiår *carus eodem enim sono leguntur. Sed in lingua Lapponica, necessarium est hoc discrimen observare; Quoniam linguæ minus gnari alias confunderent voces, toto cælo diversas, quod ab exemplis sequentibus patescit.*

Ziella	Latrat	Tiella	obtusum fit.
Zierra	Flebilis	Tierra	sordibus
Ziebam	Instar muris arrodo	Tiebam	assuo segmenta panni
Zierruom	Fleo	Tierruom	inquino
Ziuttam	Resarcio	Tiuttam.	sino, permitto.

Abjecta duplicis parte a vocibus ad sinistram collocatis, pari modo legerentur hæ ac illa ad dextram; ut enim tjåra *pix, a svecis scribitur utroque modo, sed uno sono legitur, ita* tjella *&* tiella *eodem modo legerentur, quod absonum esset: quare & observandum.*

4. *Me nunquam usurpare* J *consonum, ubi diphthongus esse debet, sed i vocale atque diphthongos,* ie, io, *&* iu *pronunciari ita, ut i paululum audiatur, e vero, o & u pleno sono.*

II.

DE PROSODIA.

§. Propter dialectuum varietatem certis circumscribere regulis Prosodiam nimis diffici-

facile est, quare quilibet ejusloci accentuationem ubi degit, discere tenetur, interim sequentia observare juvabit.

Not. 1. *Positio, diphthongus & vocalis geminata in bissyllabis longam faciunt Syllabam, ut* porra *edit.* ăiwie *Caput*, Wiegam *curro*.

2. *Paucissima nomina Polysyllaba accentum in Syllaba ultima habent: ut* Nialotas *assumentum* en lapp, som klåder lappas med. *Bissyllaba habent in priori ut* Pielie *auris*, pelgie *pollex*, laibie *panis*; *Adjectiva trium vel plurium syllabarum habent, in prima; ut:* Welgogas *qui cui aliquid debet*, pielsjetebmie *surdus*, Ziälmietebmie *cæcus*.

3. *Verba bissyllaba vocalem unam ante liquidas. L. M. N. R. & Medias* B. D. G. *habentia in prima & secunda præsentis accentum habent in ultima, ut* Palaam *timeo* Lamaam *abscondo*, manaam *eo*, poraam *edo*, wibaam *Moror*, radaam *dissuo*, roduom *evello*. *Neque id solum in* 1 *&* 2 *persona præsentis Kal, sed etiam in temporibus & personis, quæ inde formari possunt; E. G. tertia Sing. Perfecti a* tagam *facio*, tagai *fecit. imperat.* taga *fac. Subjunctiv. præsens*, tagazjam *faciam. &c.*

4. *In Hiphil hæc aliaque verba, si ultra tres syllabas non creverint, penacuta manent; hunc numerum excedentia, accentum fere habent in prima. ut:* tagatham. *facio*, Ziabmahtalam *vapulo*.

5. *Ad ambiguitatem ex accentu orientem tollendam nonnunquam vocales duplicandæ sunt, ut* Ziagam

gam *habeo locum*, Ziagaam *vivo sed instar ignis sopiti* tindrar som en under askan giömd eldgnista, pazjaam *Maneo*, paazjam *jaculor*; caaskam *mordeo* caskam, *ignem calybe elicio*, jag slår eld.

III.
DE ETYMOLOGIA.

Etymologiam seu veram originem & proprietatem dictionum, ex orientalibus præsertim Hebræa, nec non Svecana & Fennica Linguis habere possumus: ut Ruomash, insecta, reptile a רמש reptans, quod reptat, ainam video, hinc ainadagk, quando vestigia in pruina aut nive apparere possunt, ab עין oculus, seu riedam, a fora, sperdi a swärd gladius, pualswa a polwi genu.

Sect. I.
DE FIGURIS ETYMOLOGICIS.

§. 1. Enallage partis pro parte orationis, ut: ldm mannie sum iturus, pro manam eo; numeri pluralis pro singulari frequens, ut: aiwiech pauziastich, capita dolent, pro aiwie pauziast caput dolet. Ziadzidt jugam, aquas bibo, pro ziadzie jugam.

§. 2. Prosthesis, ut: Scaiaam pro caiaam vociferor. wadtam pro adtam, do, wuaidnam pro aidnam video.

§. 3. Aphæresis ut: Meldzu pro smeldzu, quod ampli est corporis, urttam pro jurttam, cogito, meditor, ristagas pro Christagas, Christianus, råppe pro kroppe, corpus. Lappones Tornoenses aliique Borealiores ante R aliam consonantem rarissime ferre possunt.

§. 4. Syncopen & Crasin verba passiva semper fere patiuntur, ut: Ziallujuswujudt, per Syncopen Ziallujudt & crasin Zialludt, scribi Nannam continens fasta landet, pro nanna vel nannos ådnam.

§. 5. Epenthesis, ut: Tåbdaim pro tåbdim agnovi, muittaim pro muittim memini, in verborum præteritis, nec non imperativis sæpe, nonnunquam etiam in præsenti usurpatur, ut: Pieija pro pija ponit; cøzajeked pro cøzed evigilate piega pro viga ancilla.

§. 6. Apocope sæpissime occurrit, ut: kåswo, pro kåswe Imago puålsw pro puålswa genu, kådt pro kiedta manus, hågg' pro hågaa spiritus.

§. 7. Paragoge, ut: Nådzaidana pro nådzaida crepat Ziockadama pro Ziockedam sedeo. Paragogice aliæ etiam particulæ inseparabiles superadduntur.

§. 8. Metaplasmus, Zjalbmie, zjalbma: oculus, kiedti, kådtei, In manum, cabmag, camea calceus.

§. 9. Antithesis Zjagartam, zjagaltam, tillo, zjalatim, zjalalim scriberem.

§. 10.

§. 10. Metathesis, ut: arbwa, abra, vel awbra pluit tawrana, tabrana adhæret, zåwie, zåiwe, uterus, tawia, taiwa sæpe.

§. 11. Synalæpha, åut, åltnui, pro åutti åltnui. Uni homini.

§. 12. Ellipsis; Zjalmist låm, oculis sum, scilicet æger, åiwin schaddai capitibus factus, scilicet æger vel ægrotans.

Sect. II.

DE NOMINE.

§. 1. Nomen est vel Substantivum, vel Adjectivum, Proprium vel Apellativum. Abstractum vel concretum. Ut Magga lå fawro Neida, Margareta est pulcra virgo. Abstracta ut: raame, jactatio, calle tham åltmust lå raame, satis jactationis est in homine illo, pro raame dackies lå jactuosus est. Concretum, suddo ålmudz homo peccati, pro homo peccator suddocaš ålmudz; o sudduo maidt tagkie! o peccatum quid fecisti, sæpissime dicunt, pro, o homo peccator quid fecisti? Præterea Participia fiunt Substantiva concreta, cuoduoteije pascens pro Pastor, tagkie faciens pro factor låneſteije redimens pro redemtor.

§. 2. Nomini accidunt octo. Genus. Numerus. Casus. Declinatio. Status. Comparatio. Figura. Species.

§. 3. Genus distinguitur maxime per nomina. Warjes, mas & Ningelas fœmina, ut warjes niommel, lepus mas, ningielies niommel, lepus fœmina, warjes slai genus masculinum, ningelies slai genus fœmininum ningelies slaist ådzum ex genere fœminino accepi warjes slaist ådzum ex genere masculino accepi.

In sequentibus videntur genera, masculinum fœmininum, & commune concurrere, ut: kåddie *cervus*, sarwes *Cervus mas*, alduo *vel* kåddie skagna, *cerva*, zjermak, *cervus anniculus mas vel fœmina.* Warjek, *cervus anniculus mas*, wuågnjal, *cerva anniculà*, pierdna, tiura, *ursus sit mas vel fœmina*, Cuåbdzja *ursus mas*, este *ursa*, pådnag *vel* piådnag *canis*, rawia *canis mas*, zjicko *canis fœmina* puåidag *mustela*, lekat, hårmelijn, kåigie, *mustela mas*, eadwie *mustela fœmina*, päntta *dives vir*, uspar, *dives fœmina*, puorcka *iracundus*, puorttuo, *iracunda*, hilbad *fastuosus*, albanichto *fastuosa*, waadzaloddie *tetraon*, tjåder, zuchzja *tetraon mas*, kirjusch, *tetraon fœmina*, nåidie *veneficus* cuåbas, cuåwas, *venefica*.

§. 4. Numeri sunt tres Singularis, Dualis, Pluralis.

Nota Dualis solum in statu affixo occurrit. Vix ultra unum habet casum, cujus nota est ska: *ut* Soi håggeska *vel* håddgasaska cuoim, *isti duo cum viso fuere, in aliis cum Plurali conveniunt.*

§. 5.

§. 5. Casus Nominum sunt tredecim. 1. Nominativus. 2. Genetivus. 3. Dativus. 4. Accusativus. 5. Vocativus. 6. Ablativus. 7. Locativus. 8. Mediativus. 9. Negativus. 10. Factivus. 11. Nuncupativus. 11. Penetrativus. 13. Descriptivus.

§. 6. Declinationes nominum sunt tres: Prima est desinentium in vocalem vel diphthongum, Secunda exeuntium in consonantem, Tertia est contractorum vel Literas permutantium. *Nota. Omnes hæ declinationes Absolute, Affixe & Interrogative, cujus nota est gos vel gost, flectuntur.*

§. 7. Paradigmata Primæ Declinationis Absol: Declinant:

Singulariter.

Nom.	Puålwa,	genu,	knå,	polwi
Gen.	Puålwa,	genu,	knäets,	polwen
Dat.	Puålwi,	genu,	knäet,	polwelle
Accus.	Puålwa,	genu,	knäet,	polwee
Vocat.	Puålwa,	genu,	knå,	polwi
Ablat.	Puålwast, de, e, ex, genu, om, utaf knäet, polwesta.			
Locat.	Puålwan, Puålwasn, Puålwast, in genu, uti knäet, polwesa			
Mediat.	Puålwain cum genu, med knää, polwella			
Negat.	Puålwataga, sine genu, utan knå, polweta			

Fact.

Fact. Puålwan, ut schaddai puålwan, mutatus in genu, blef til knå, muuttui polweri
Nunc. Puålwan, jodta puålwan, instar genu pergit, han far som et knå, polwena culke
Penetrat. Puålwi, in genu, in i knå. polwehen
Instruct. vel Descript. Puålwai. ut: med knä emot mig, polwin minuhun

Pluraliter.

Nom. Puålwach, genua, knåna, polwet
Genet. Puålwai, genuum, knånas, polwein
Dativ. Puålwaidi, vel Puålwaidin, åt knåna, genibus, polwille
Accus. Puålwaidt, genua, knån, polwet
Vocat. ut Nominat.
Ablat. Puålwaist, a genibus, af knåna, polwista
Locat. Puålwain, in genibus, i knåna, polwisa
Mediat. Puålwai cuoim, med knåna, cum genibus, pålwilla
Negat. Puålwaitaga, sine genibus, knåna förutan, polwitta
Factivus & Nuncupativus ut in singulari
Penetrativ. Puålwaidi, vel Puålwaidin, in genua, i knåna, polwihin
Instructivus vel Descript. ut in sing.

Nota. Idem significat zibpie, vel zibbie, *hinc habent verbum* zibbuostam vel zibpuostan, lägger något til som skal betäcka knåna. *Fennis* minä polustan.

Singulariter.	*Singulariter.*
Mådtie grex avium en flock med foglar, Lindu parwi,	Jagkie åhr annus, Wuosi.
Nom. Mådtie	Nom. Jagkie.
Gen. Mådie.	Gen. Jage.
Dativ. Mådtai.	Dativ. Jagcai.
Accus. Mådie.	Accus. Jage.
Vocat. Mådte.	Vocat. Jagke.
Ablat. Mådtiest.	Ablat. Jagest.
Locat. Mådien, Mådiesn. Mådiest.	Locat. Jagen, Jagest.
Mediat. Mådi.	Mediat. Jagie.
Negativ. Måddietaga.	Negativ. Jagetaga.
Factiv. Mådien.	Factiv. Jagken.
Nuncup. Mådtas, Mätien.	Nuncup. Jagaas.
Penet. Mådtai.	Penet. Jagcai.
Descript. Mådi.	Descript. Jagcalagai.

Pluraliter.	*Pluraliter.*
Nominat. Mådiech	Nominat. Jagech.
Genet. Mådii.	Genet. Jagij.
Dativ. Mådidi.	Dativ. Jagidi.
Accus. Mådidt.	Accus. Jagiit.
Vocativ. Mådiech.	Vocativ. Jagech.
Ablativ. Mådiest.	Ablativ. Jagijst.
Mediativ. Mådicuoim.	Mediativ. Jagiicuoim.
Locativ. Mådin.	Locativ. Jagijn, Jagisn.

Negativ. Mådiitaga.
Penetrat. Mådidin.
Descript. Mådin.

Negativ. Jagiitaga
Penetrat. Jagidin
Descript. Jagcalagai Fennis wuosittain.

Singulariter.

Wiesuo, domus, hus, huone.

Nom. Wiesuo.
Gen. Wiesuo.
Dativ. Wiesuoi.
Accus. Wiesuo.
Vocat. Wiesuo
Ablat. Wiesuost.
Locat. Wiesuon, Wiesuost.
Mediat. Wiesuoin.
Negat. Wiesuotaga.
Factiv. Wiesuon.
Nunc. Wiesuon.
Penet. Wiesuoi.
Descr. Wiesuolagai.

Pluraliter.

Nominat. Wiesuoch.
Genetiv. Wiesui.
Dativ. Wiesuoidi.
Accusat. Wiesuoidt.

Singulariter.

Lautzja, tabanus, bröms, parma.

Nom. Lautzja
Gen. Lautzja
Dativ. Lautzjai
Accus. Lautzja
Vocat. Lautzja
Ablat. Lautzjast
Locat. Lautzjan
Mediat. Lautzjain
Negat. Lautzjataga
Factiv. Lautzjan
Nuncup. Lautzjän
Penetr. Lautzjai
Descript. Lautzjalagai.

Pluraliter.

Nomin. Lautzjach
Genet. Lautzjai
Dativ. Laujatzjaidi
Accus. Lautzjaidt

Vocat.

Vocativ.	Wiesuoch.	Vocat.	Lautzjach
Ablativ.	Wiesuoist.	Ablat.	Lautzjaist
Locativ.	Wiesuoin.	Locat.	Lautzjain
Mediat.	Wiesuoi cuoim.	Medit.	Lautzjai cuoim,
Negativ.	Wiesuoitaga.	Negativ.	Lautzjaitaga
Fact. seu Mutativ.	Wiezuoin.	Fact.	Lautzjain
Penetrat.	Wiesuoidin.	Penetr.	Lautzjaidin
Descript.	Wiezuolagai.	Descript.	ut in sing.

§. 8. Paradigma Status affixi Pronominalis Nominum in vocalem definentium. Personæ Seu Rei unius de Re una.

Singulariter.

	Prim. Personæ.	Secundæ Personæ.	Tertiæ Person.
	Digitus meus.	Digitus Tuus.	Digitus suus.
Nom.	Suårbmam	Suårbmad	Suårbmas
Gen.	Suårbmam	Suårbmad	Suårbmas
Dat.	Suårbmasim	Suårmased	Suårbmases
Acc.	Suårbmam	Suårmad	Suårbmas
Voc.	Suårbmam	Suårmad	Suårbmas
Abl.	Suårbmastam	Suårmastad	Suårbmastes
Loc.	Suårbmasim	Suårbmased	Suorbmases
Med.	Suårbmainam	Suårbmainad	Suårbmaines
Neg.	Suårbmatagam	Suårmatagad	Suårbmatagas
Mut.	Suorbmanam	Suårbmanad	Suårmanes

Penetrat ut Dativ.

Pluraliter.

	Perſ. 1.	Perſ. 2.	Perſ. 3.
Nom. ut in Singul.			
G.	Suärbmaidam	Suårmaidad	Suårmaides
D.	Suårmaidasām.	Suårmaidasad	Suårmaidasas
Accuſ. ut Genet.			
Vocat.			
Abl.	Suårbmaiſtam	Suårmaiſtad	Suårmaiſtes
Med.	Suårbmainam	Suårmainad	Suårmaines
Neg.	Suårmaitagam	Suårmaitagad.	Suårmaitagas.
Penet. ut Dativ.			

§. 9. Paradigma Affixi Perſonarum Plurium De Re una, vel Poſſeſſivorum, noſter, veſter, illorum.

Singulariter.

	Perſ. 1.	Perſ. 2.	Perſ. 3.
	Digitus noſter.	Digitus veſter.	Digitus illorum.
Nom.	Suårbmame.	Suårmade.	Suårbmaſa.
Genit. ut Nom.			
Dat.	Suårbmaſemi.	Suårmaſedti.	Suårbmaſaſa.
Accuſ. ut Nom.			
Vocat.			
Abl.	Suårmaſtemi.	Suårmaſtedti.	Suårmaſtaſa.
Med.	Suårmainemi.	Suårbmainedti.	Suårmainaſa
Neg.	Suårmatagame.	Snårbmatagate.	Suårmatagaſa

Fact.

Fact.	Suårmanemi.	Suårbmanedti.	Suårma-naſa.
Penetrat. ut Dativ.			

Pluraliter.

N.	Suårmamech.	Suårbmadech.	Suårmaſach
G.	Suårmaidemi.	Suårbmaidetj.	Suårmaidaſa
D.	Suårmaidaſame.	Suårmaidaſade.	Suårmai-daſaſa
Accuſ. ut Gen.			
Abl.	Suårbmaiſtemi.	Suårmajſtedti.	Suårmai-ſtaſa
Neg.	Suårmaitagame.	Suårmaitagate.	Suårmai-tagaſa.
Penetrat. ut Dativ.			

§. 10. Paradigma Status Affixi Conjunctionalis, Declinat. Primæ.

Stalpie Lupus.

Sing.		*Plur.*	
N.	Stalpinai, lupusque.	Nom.	Stalpibcaga
Gen.	Stalpig.	Gen.	Stalpiinga
Dat.	Stalpainai.	Dat.	Stalpidinnag.
Acc.	Stalpig	Acc.	Stalpitaga
Voc.	Stalpinai.	Vocat.	ut Nom.
Abl.	Stalpiſtannai.	Ablat.	Stalpiſtnaga
Loc.	Stalpiſtaga.	Locat.	ut Ablat.
Med.	Stalpinaga.	Med.	Stalpiiaga cuoim
Neg.	Stalpitagat.	Neg.	Stalpihtagagen
Fact.	Stalpinag.	Fact.	ut Ablat.
Pen.	Stalpaiaga.	Penet.	ut Dat.
Deſcr.	Stalpalagainai	Deſcr.	ut in Sing.

Annotationes in Declin. Primam.

Nota 1. *Quæ* bp, dt, g *vel* ck, rr, *ante ultimas Nominativi singularis vocales habent; in Genet. Accus. Ablat. Locat. Med. Negat. Nuncup. Singularis, & toto Plurali, posteriorem consonant: excludere solent. ut:* kjedta *manus gen.* kjeda.

2. Ex Genetivo omnes utriusque numeri casus, adjectis literis characteristicis commode formari possunt, conf. Paradigm. Nec Genetivus natura, sed Paragogice in N desinit: nam Lappones Borealiores in Genet. vix N admittunt, sed est nota casus Locativi & Factivi. Australiores licet sæpissime admittant, quod etiam pars Australior Juckas jerfviensium facit, tamen non raro excludunt.

3. Terminatio Locativi in sn Borealibus rarius in usu nihilo minus intelligitur, ipsi hunc casum sæpissime parem Ablativo faciunt: ut shiitan lå, vel shiitast lå, in villa est.

4. Negativus terminatione & significatione ab Ablativo distinguitur, desinitque Primæ declinationis in taga & per apocopen in ta, Secundæ vero declinationis in atta vel etta, quæ per apocopen sæpe amputantur; ut zialmijtaga absque oculis, tolataga sine igne, cuabdasetta sine tympano. Quod in plurali per-

perpetuum non esse, ex utriusque declinat. casuum collatione apparet.

5. Nuncupativus ut Plurimum quoad terminationem, cum Factivo seu Mutativo convenit, nisi cum certæ cujusdam conditionis mentio fit: ut pådam påiwas, jag kommer til en dag, manan ådnadz ijas, går til denne natten, ziaskam jabmas, jag slår ihjäl, manam jagas, jag går til ett åhr, piam palckas, sätter på lega. Factiv. Mon piam palckan tuidnien, jag sätter detta tig tilllöhn, eller detta skal bliswa din löhn. In Plur. desinunt in di, muttuom peiwidi, jagidi, welgidi, ijaidi; til några dagar, åhr, gåld, nätter. Nec minus terminatio da locum habet.

6. Penetrativus formam Dativi ubique, significationem vero diversam retinet, ut adtam mådtai, do gregi avium & palkistam Mådtai, Immitto in gregem avium. Adde stalpai, då lupo, & cuågarti stalpai, serpsit in lupum.

7. Instructivus vel Descriptivus, hunc casum, nec omnia agnoscunt nomina, nec uno desinit modo; communis terminatio est i vel ai: Ut Zialmi lå muidnien, han står med ögonen mot mig. silmin on minuhun) paldalagai låp, Wi stå bredewid hwarannan, olemme rinnan eli rindacaisin, paarralagai, parthals, parittain,

Wuärrolaggai skiftewis, wuorottain. Frequenter ab his quæ in ai desinunt pars posterior diphthongi abscinditur Sunt & Sequentia vocabula casus descriptivi: Waraskon, medan then är färsk, tuorehelda, lieggaskon, dum adhuc calet medan then är ännu warm, lämbymäldi. Nominativus est Waras recens lieggas, calidus. Participiorum casus descriptivus terminatur in nodt ut Zjuodzjuodt tagca, stans facit, han giör ståndande. Zjockuodt porra, sedens commedit, äter sittjandes, syö istuwalda.

8. Qui statum affixum Pronominalem formare desiderat, Nominativis in, a, ja, uo addat solummodo in Prima Pers. m in 2. d. vel t, in 3. pers. s, aliorum E finale vel ie prius in a mutet: ut cuåbdzjam, ursus meus, cuåbdzjad ursus tuus cuåbzjas, ursus suus vid. Paradigm.

9. Aliæ Syllabicæ adjectiones, ut g, ges, nai, gos, gost, terminationem nominativi immutatam relinqunt: ut Zjalmieg, oculus quoque peiweges, dies etiam, peudenai & mensa, juolgegost, pesne?

II. Se-

§. II. Secunda Declinatio Desinent. in Consonantem.

Paradigmata Secundæ Declinationis Absoluta.

Singulariter.		*Singulariter.*	*Singulariter.*	
	Gratiarum actio.	Calceus.		Potus.
N.	Cabmag,	Kijttem.	Nom.	Juckamob
Gen.	Cabmaga,	Kijttema.	Gen.	Jugcamosa.
Dat.	Cabmagi	Kijttemi.	Dat.	Jugcamosi.
Accus.	Cabmaga.	Kittema.	Accus.	Juckamosa
Vocat.	Cabmag.	Kijttem.	Vocat.	Juckamos
Ablat.	Cabmagast.	Kijtemest	Ablat.	Juckamosast
Locat.	Cabmagan.	Kitteman	Locat.	Juckamosan.
Med.	Cabmagina	Kijttiemina	Med.	Juckamosain
Negativ.	Cabmagetta	Kijttemetta	Negativ.	Juckamosatta
Fact.	Cabmagen	Kijttemen	Fact.	Juckamosan
Nunc.	Cabmagan	Kijttemen	Nunc.	Juckamosan
Penet.	Cabmagi	Kijttemi	Pen.	Juckamoßi
Descr.	Cabmaglai	Kijttemlai	Desc.	Juckamosalai.

Pluraliter.		*Pluraliter.*	*Pluraliter.*	
N.	Cabmagach	Kijttemach.	N.	Juckamosach
G.	Cabmagii	Kijttemii	G.	Juckamosai

 D. Cab-

D. Tabmagiidta	Kijttemijtta	D. Juckamosaidi
Ac. Tabmagidt	Kijttemiidt	Ac. Juckamosaidt
V. Tabmagach	Kijttemach	V. Juckamosach
Abl. Tabmagist	Kijttemist	Abl. Juckamosaist
Loc. Tabmagin	Kijttemin	Loc. Juckamosain
Neg. Tabmagiitta	Kijtemiitta	Neg. Juckamosaitaga
Penet. Tabmagiitta	Kijttemiitta	Pen. Juckamosaida
		Descr. Juckamosailai

§. 12. Paradigma Stat: Affix: Declinat. Secundæ, Personæ unius de una, in omnibus Personis.

Singulariter.

	Prima Perſ. Deus meus.	Secund. Perſ. Deus tuus.	Tert. Perſ. Deus ſuus.
Nom.	Jubmelam.	Jubmelad.	Jubmeles
Gen.	ut Nominat.		
Dativ.	Jubmelasam.	Jubmelasad.	Jubmelasas
Accuſ.	ut Nominat.		
Voc.	Jubmeladzam.	Jubmeladzad.	Jubmeladzas
Abl.	Jubmelestam.	Jubmelestad.	Jubmelesties
Med.	Jubmelinam.	Jubmelinad.	Jubmelines:
Neg.	Jubmelettam.	Jubmelettad.	Jubmeletties
Fact	Jubmelenam.	Jubmelenad.	Jubmelenas
Penetrativ.	ut Dativus.		

Plu-

Pluraliter.

Nom. ut in Singulari
Gen. Jubmelijttam. Jubmelijttad. Jubmielijtties
Dat. Jubmeliittama. Jubmelijttada. Jubmelijttasa
Accus. ut Genet.
Voc. Jubmeladzaidam. Jubmeladzaidad. Jubmeladzaides
Abl. Jubmelijstam. Jubmelijstad. Jubmelijsties
Loc. Jubmeliinam. Jubmeliinad. Jubmelinies
Med. Jubmelijam cuoim. Jubmelijad cuoim. Jubmelijas cuoin
Negat. Jubmelijttam ut Genet.
Fact. ut in Singulari.
Penetr. ut in Dativo.

§. 13. Status Affixus Personarum Plurium De Re una.

Singulariter.

Prim. Pers.	Secund. Pers.	Tert. Pers.
Deus noster.	Deus vester.	Deus illorum.

Nom. Jubmelemi. Jubmeledti. Jubmelasasa
Gen. ut Nominat.
Dat. Jubmelasame. Jubmelasade. Jubmelasasa
Accusat. ut Nominat.
Voc. Jubmeladzame, Jubmeladzade. Jubmeladzasa

Abl. Jubmelestemi. Jubmelestedi. Jubmelestesa
Med. Jubmeliiniemie. Jubmelijniede. Jubmelijnasa
Neg. Jubmelettamen. Jubmelettaden. Jubmelettasa
Fact. Jubmelenimen. Jubmeleniden. Jubmelenasa
Penet. ut Dativ.

Pluralis.

Nominat. ut in Singulari.
Gen. Jubmelijttemie. Jubmelijttede. Jubmelijttesa
Dat. Jubmelijttasemi. Jubmeliittasedi. Jubmelijttasasa
Accusat. ut Genet.
Voc. Jubmeladzaidemi. Jubmeladzaideti. Jubmeladzaidasa
Abl. Jubmelistemen. Jubmelistede. Jubmelistesa
Loc. Jubmelinimie. Jubmeliinede. Jubmeliinasa
M. Jubmelijaim cuoim. Jubmelijade cuoim. Jubmelijasa cuoim
Neg. Jubmelijttame. Jubmelijttade. Jubmelijttasa
Fact. ut in sing. Penet. ut Dativus.

Nota. In vocativo vides Lapponum diminutivum Jubmeladzam, *quod nihilominus per omnes casus affixe flectitur.*

§. 14.

§. 14. Status Affixus conjunctionalis Declinat. Secundæ.

Singularis.		*Pluralis.*	
	Seippig, Epitethon lupi.		
Nom.	Seipicaga, vel Seippignai.	N.	Seipihcagach
Gen.	Seipicannag.	Gen.	Seipiikiag
Dat.	Seipikinnag.	Dat.	Seipikiittag
Accus.	Seipicannag.	Acc.	Seipikijttag
Voc.	Seipicaga.	Voc.	Seipiekijttag
Ablat.	Seipjegistag.	Ablat.	Seipiikijstag
Med.	Seipiekinag.	Locat.	Seipiikinnag
Neg.	Seipiekettag.	Med.	Seipikijag cuoim
Fact.	Seipikennag.	Neg.	Setpikijttaga
Penet.	ut Dativ.	Fact.	Seipiekennag
Descr.	Seipicagalai.	Desc.	Seipikijaglai.

Annotationes in Declinat. Secundam.

Not. 1. *Nomina verbalia in* os, *ut* juckamos *potus*, porramos *esus*, *quæ plurimum per u efferunt*, *ut* addamus, gifning, *in plurali*, *more nominum prima declinat. desinentum in* A, *moventur.* *Ut in Prima, ita etiam in secunda declinat. Genet. Sing. casuum in sing. Gen. Plural. sequentium casuum in plurali radix est.*

2. Quædam ultimum S vel Sh Nomin. Sing. secundæ declinat. in reliquis casibus,

bus, & utroque numero, in H mutant, ut: puolash gelu. Gen. puolaha, Accus. Plur. puolahidt, urdash lagg på kiåril Gen. urdaha, morash sollicitudo Genet. moraha, wuåwiåsh. Gen. wuåwiåha, Lappo, Lapponis. Hanc mutationem lit. S lingua Fennorum quoque subit, ut wieras, wierahan, hospes, ratas, rattahan, rota. Naaras, naarahan, hoona. &c.

3. Nominat. in ies, vocalem geminatam, in reliquis casibus & utroque numero, in A mutant: ut raidnies vel putties purus, gen. rainasa puttasa, påries vetus, genet. pårrasa, Plur. pårrasach. Ziuåhdzjes locus inquietus, gen. ziuåhdzasa.

4. Energetice nimis, nominibus Absolute, affixe, interrogative declinatis super addunt, particulas inseparabiles pe vel be, bai, quæ Hecræorum ה demonstrativo fere respondent: ut jochsaba taaht lå, thetta är då en båga, submelbe tham tagai, thet giorde då Gud, zialmechpe muust lieddakådtich, ögona wilja då blifwa så tunga för mig, laugadpe tuust litti lå, du hafwer då rätt kiåril. Sic affixis; jubmelampe mon rockuodalam, jag tilbeder då min Gud. Nota vero interrogandi, accedente nota demonstrandi, ultimas consonantes amittit: ut pro, kirkoskos ton pådac, kommer du ifrån kyrckian,

kian, kirkostcobai ton pådac, kommer du då ifrån kyrckian? manackos ton tockwo, går du dijt? manackobai ton tocko, giäller då resan dijt för tig?

§. 15. Tertia Declinatio contractorum vel literas permutantium.

Singularis.		Singularis.		Singularis.	
N.	Usca. Janua.	N.	Juocsa. Arcus.	N.	Kihcsa Tinca
Gen.	Usa.	G.	Juoußa.	G.	Kiußa
Dat.	Ucsi.	D.	Juoucsi.	D.	Kihcsi
Acc.	Usa.	Ac.	Juoußa.	Ac.	Kiußa
Voc.	Ucsa.	V.	Juåcsa.	V.	Kihcsa.
Abl.	Usast.	A.	Juåußast.	A.	Kiußast
Loc.	Usan.	L.	Juåußan.	L.	Kiußan.
Med.	Usain.	M.	Juåußain.	M.	Kiußain
Neg.	Usataga.	N.	Juåußataga.	N.	Kiußataga
Fact.	Ucsan.	F.	Juåcsan.	F.	Kihcsan
Nunc.	Ucsan.	N.	Juåcsan.	N.	Kihcsan
Penet.	Ucsi.	P.	Juåcsi.	P.	Kihcsi
Desc.	Ucsalagai.	D.	Juåcsalagai.	D.	Kihcsalagai

Pluralis.		Pluralis.		Pluralis.	
Nom.	Usach.	N.	Juåußach.	N.	Kiusach
Gen.	Ußai.	G.	Juåußai.	G.	Kiusai.
Dat.	Ußaidi.	D.	Juåußaidi.	D.	Kiusaidin
Acc.	Usaidt.	A.	Juåußaidt.	A.	Kiusaidt
Voc.	Usach.	V.	Juåußach.	V.	Kiußach

Abl.

Abl. Usaist.	A. Juåußaist.	A. Kiußaist
Loc. Usain.	L. Juåußain.	L. Kiußain
Neg. Usaihtaga.	N. Juåußaitaga.	N. Kiusaitaga
Pen. Usaidi.	P. Juåußaidin.	P. Kiusaidin.

Singularis.	*Pluralis.*
Nom. Achta, vel apta unus, a, um	Nom. åuttach
Gen. Åutta, vel autt'	Gen. åuttai
Dat. åutt'	Dat. åuttaidi
Acc. åutt'	Acc. åuttai
Voc. åutt'	Voc. äuttach
Abl. åutt'	Abl. åuttaist
Med. åuttain.	Loc. åuttain
Neg. åuttataga.	Neg. äuttaitaga
Fact. achtan.	Fact. achtain
Nunc. achtan.	Nunc. åuttain
Penet. ächti.	Penet. åuttaidi
Descr. åutai,	Descr. åutai.

Nota. Adjectiva in constructione cum substantivis, non modo in sing. Numero & plurimis casibus immobilia manent, verum etiam si in vocalem desinant, sequente vocali apocopen patiuntur, cujus nota hic in Dativ. Accus. Vocat. Abl. apostrophus est.

De Statu Nominum.

§. 16. Quæ sparsim de statu nominum dicta, ut facilius oculis animisque pateant, contraham, notabisque sequentia: 1, O-

1. Optime Status dividitur in Absolutum & Affixum, Affixus non solum est Pronominis, vel conjunctionis, verum etiam aliarum inseparabilium particularum, extra coujunctionem cum aliis, nihil significantinm; quas tamen quorundam libri a fulcris suis avulsas nobis exhibent.

2. Aliam figuram prima, aliam secunda declinatio, in statu affixo Pronominali, in casuum quorundam Personis, uti ex paradigm. videri potest, assumit. Quomodo nomina in vocalem desinentia stat. affixum forment, ad calcem Primæ declinat. annotavi, sed huic loco Consonantes seu declinat. secund. raservavi, quæ Genetivo in Prima Pers. superaddunt M. In Secunda Pers. D. in Tertia vero A. Genet. mutant in E. adduntque S. vid. Parad. nonnunquam, tertia Pers. terminatur in as. N. vero Paragogicum in omnibur declinationibus, status hic eliderc, solet.

3. Blande & honorifice aliquem compellantes, plurimum diminutivis utuntur, quæ locum vocativi in stat. affixo, egregie supplere videntur: ut o jubmeladzam puårradzam o Deus mi, optime mi!

4. Status Affixus Pronominalis, alia ex calce suffixa non excutit: ut jubmelasammai Deo meo etiam, ednamgos that lå, matris meæ ne hoc est?

5. Nulla nomina deprehendi carere statu affixo sive in h, M, vel S desinant, & statu affixo Pronomen possessivum absolute positum usitate satis præmitti

solet.

solet: ut wammoz, *corculum*, wamnmrzjam *corculum meum*, wammozjad, *corculum tuum*, wamnmozjes *corculum suum*, *sic* lodtadz *avicula*, mu lodtazjam, *avicula mea*, tu lodtazjad, *avicula tua.*

De Comparatione Adjectivorum.

§. 17. Comparatio fit per gradus. Positivis in vocalem desinentibus si addatur B, fit comparativus, ut Kedze gracilis arctus, Comparativ. kedzeb, Superlativus autem, addendo ad positivum, mus, ut kedzemus: In consonantem vero desinentia affigunt positivo ab, vel eb, in comparativo; in superlativo autem amus vel emus, ut raidnes, raidnaseb, raidnasemus. Purus, or, issimus, jorbasatz, jorbasatzab, jorbasatzamus, rotundus or issimus. Secundum stylum australiorum, fiunt comparativa in ub, Superlativa in umus: ut ånek, ånekub, ånekumus, brevis, or, issimus; hæ autem terminationes borealioribus minus in usu sunt. Datur etiam alia comparativorum formatio, ut enim a Positivo comparativus, ita etiam a compararivo superlativus emanat, idque secundum Lapponum loquendi institutum; ut enim D ante N, sic B ante M pro lubidine & admitti & excludi solet, hinc dicunt modo utroque: raidnes & raines purus, raidnaseb' & rainaseb', purior raidnasemus & raina-

rainaſebmus puriſſimus. Zjabbes, pulcher Zjab-beſeb' pulchrior, Zjabbaſemos & Zjabbaſebmus pulcherimus.

Nota. 1. Sunt comparativa non modo duarum & trium, ſed quatvor & quinque terminationum, ut

Jorbes.	Jorbeſebbuo	Jorbeſebmus.	Rotundus, a, um.
Jorbas.	Jorbaſeb'	Jorbaſemos.	
Jorba,	Jorbabbuo	Jorbamus.	
Jorbach	Jorbachebbuo,	Jorbachemos	
Jorbaſatz.	Jorbaſatzab	Jorbaſatzamos	
Zjaabbe	Zjabbeb'	Zjabbemos	Pulcher.
Zjaabbes	Zjaabbaſeb.	Zjaabbaſemus	
Zjaabpac	Zjaabpakeb.	Zjaabpakemus	
Zjaabbaſatz	Zjaabbaſatzab	Zjaabbaſatzamus	
Zjappad,	Zjappadeb'	Zjappadebmos	Niger, a um.
Zjappuok	Zjappuokeb'	Zjappuokebmuos	
Zjappadatz	Zjappadazjeb'	Zjappadatzjemuos	
Åne.	Ånebbuo.	Ånemus	Brevis.
Ånek.	Ånekebbuo,	Ånekemus	
Ånekatz,	Ånekazeb,	Ånekazemos	
Nioſkas	Nioſkaſeb,	Nioſkaſemuos	Crudus. a. um.
Nioſka,	Nioſkab,	Nioſkamus	Humidus. a. um.
Nuåſkie	Nuåſkieb,	Nuåſkiemus	Sordidus. a. um.

2. Stuårra magnus, mihi irregulare non videtur: nam comparat: eſt Sturrabbuo, vel Stuårab, ſuperralat. Stuårramuos maximus, ſic Stuårak, Suårakeb, Stuårakebmuos, idem; Stuåres, Stuårraſebbuo, Stuårraſebmuos, idem. Non ſolum puoerre bonus & wie-

 eſa

esa fortis, sed etiam paha malus & ådnak multum irregulariter & regulariter comparantur, ut Puoerre, bonus, Puoerreb vel pareb' melior, Puoerremus vel paremus, optimus, Paha malus, pahab' wårreb' pejor, pahaimus wårremos, pessimus, ednag, multum, enab, plus, eniemus, plurimum. Pro lickogas. vel lickolas, dicunt lickok, comp. lickokeb, super. lickokemus Austral. lickokub, lickokumus Est hoc etiam ex Adjectivis trium terminationum ut:

Lickogas,	Lickogasab'	Lickuogasamus	⎫	
Lickcolaz	Lickolazab'	Lickolazamus	⎬	Felix.
Lickog	Lickogeb'	Lickogemuos	⎭	

3. Moventur & quædam substantiva: ut Pådnag, pådnagebbuo, piednagemus, hundfatt, hundfattare, hundfattast, Ålbma, Vir, ålbmabbuo, ålbmamus, suålag, Fur, suålagebbuo, suålagemuos

4. Aliorum vestigia secutus, comparativos ut plurimum in nudum b finivi, raro enim ex Lapponum ore integrum comparativum assequi possumus; re tamen vera in bo vel buo desinunt, quod ex Dativo singulari aliisque casibus obliquis liquet: ut, stuårrab' major, Dativus stuårraboi, majori, Factiv. stuårrabuon in majus. Nisi ita esset, unde ista haberemus.

5, Super-

5. Superlativus gradus frequenter per continuam positivi repetitionem, indicari solet, ut: Stuärra ja stuärra, magnus & magnus, id est maximus.

De comparatione Præpositionum suo dicemus loco.

De Figura Nominum.

§.18. Figura est vel simplex quæ in alias individua est: Zjalme Oculus, Wuäpta, vel wuockta crinis: vel Composita, quæ in alias dividi potest: ut, Zjalmecaacka, pupilla oculi, Zjoluozjalmie, strabo, windögd, äiwiezjock vertex.

Nota. Componuntur nomina 1. *Inter se, ut* ruähdzcuäsa, *pinus arida*, zårbmawuäddud, *vel* kiedtäwaibmuos, *vola*, handloge 2. *Cum Pronomine, ut*. thackaradz *bujusmodi*. 3. *Cum Adverbio, ut* idiedatz, *matutinum*, eckedatz *vespertinum*. 4. *Cum Particulis inseparabilibus, ut* Callogis *frons etiam*. 5. *Cum Præpositione, ut*: Talwekäudel mitt om winteren, peiwekäudel, mitt på dagen.

2. *In compositis, vox posterior, exceptis particulis movetur. ut*, Metzemannie, *venator*, Jägare *Abl.* Metzemanniest, låbbuokedta *palma*, flat hand. *Gen.* Låbbuo kedal, kedta låäbpuo, *palmus*, Fyra twärfinger, neljänsormen lewens, kämmenen paxuus. *Genet.* kiedtalåäbuo.

De Specie Nominum.

